



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aquinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vrtum ordo conuenienter definiatur? 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

non attenditur per distinctionem gratia gratum faciens, sed per distinctionem potestatis.

ARTIC. II.

Utrum conuenienter ordo definiatur?

136

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter ordo a Magistro Sent. dist. 24. \* definiatur, ubi dicitur: Ordo est signaculum quoddam Ecclesie, quo spiritualis potestas traditur ordinato. Pars enim non debet poni genus totius. Sed character, per quem signaculum oponitur in consequenti \* definitione est pars ordinis, quia diuiditur contra id quod est res tantum, vel sacramentum tantum, cum sit res & sacramentum. Ergo signaculum non debet poni quasi genus ordinis.

lib. 4. d. 24. S. K.

loco iam citato.

¶ 2 Præterea, Sicut in sacramento ordinis imprimitur character, ita in sacramento baptismi. Sed in \* definitione baptismi non ponebatur character. Ergo nec in definitione ordinis poni debet.

posita in 4. Sent. d. 3. S. A. in princ.

¶ 3 Præterea, in baptismo etiam quadam spiritualis datur potestas accedendi ad sacramenta: & iterum est quoddam signaculum, cum sit sacramentum. Ergo hæc definitio conuenit baptismo: & sic inconuenienter assignatur de ordine.

¶ 4 Præterea, Ordo relatio quadam est, quæ in utroque extremorum saluatur: extrema autem relationis ordinis sunt superior & inferior. Ergo inferiores habent ordinem sicut & superiores. Sed in eis non est aliqua potestas præminentia, qualis hic ponitur in definitione ordinis, ut patet per expositionem sequentem, ubi ponitur \* promotio potestatis. Ergo inconuenienter definitur hic ordo.

loco in argum. s. ci. citato.

RESPONSEO dicendum, quod definitio quam Magister \* de ordine ponit, conuenit ordini secundum quod est Ecclesie sacramentum: & ideo duo ponit, scilicet signum exterius, ibi (signaculum quoddam, id est signum quoddam) & effectum interiolem ibi (quo spiritualis potestas, &c.)

4. Sent. d. 24. S. K.

Ad primum ergo dicendum, quod signaculum non s 4 poni-

ber esse  
opera  
quantum  
cognosci  
atatur  
m secun  
em impo  
rentur &  
nyl. \* d  
non de  
sacramen  
ari: quia  
urali que  
Cio ser  
m alio  
ns. Tali  
er quem  
e debet  
et se debet  
or: ordinet  
angelis non  
: nisi pot  
uræ sequi  
tem in es  
uia eorum  
orum, &  
secundum  
e dicitur quo  
respiciunt  
nicatione  
ntiam præ  
rorum et  
ocestas dis  
iam ordo  
non

ponitur hic pro charactere interiori, sed pro eo quod exterius geritur, quod est signum interioris potestatis, & causa: & sic etiam sumitur character in alia definitione. Si tamē pro interiori charactere sumeretur, non esset inconueniens: quia diuisio sacramenti in illa tria, non est in partes integrales, proprie loquendo. Quia illud quod est res tantū, nō est de essentia sacramenti: quod est etiam sacramentum tantum, transit; & sacramentum & res manere dicitur. Unde relinquitur, quod ipse character interior sit essentialiter & principaliter ipsum sacramentum ordinis.

Ad secundum dicendum, quod quamuis in baptismo conferatur aliqua spiritualis potentia recipiendi alia sacramenta, ratione cuius characterem imprimis, non tamen hic est principalis effectus eius: sed absolutio interior, propter quam baptismus fieret, etiam priori causa nō existente. Sed ordo potestatem principaliter importat: & ideo character, qui est spiritualis potestas, in definitione ordinis ponitur; non autem in definitione Baptismi.

*Posita in  
arg. 1.*

Ad tertium dicendum, quod in baptismo datur quaedam potentia spiritualis ad recipiendum, & in quodammodo passiuā. Potestas autem proprie nominat potentiam actiuam cum aliqua preeminentia: & ideo hæc definitio Baptismo non competit.

Ad quartum dicendum, quod nomen ordinis, dupliciter accipitur. Quandoque enim significat ipsam relationem; & sic est tam in inferiori, quam in superiori, ut obiectio tangit, & sic non accipitur hic. Quandoque autem accipitur pro ipso gradu, qui ordinem primo modo acceptum facit. Et quia ratio ordinis prout est relatio, inuenitur ubi aliquid superius altero occurrit, ideo hic gradus eminens per potestatem spiritualem, ordo nominatur.

137  
Concil.  
Triden.  
sess. 23.  
cap. 3.

ARTIC. III.

*Utrum ordo sit sacramentum?*

**A**D tertium sic proceditur. Videtur, quod ordo non sit sacramentum. Sacramentum enim

(vt dicitur)